Quaestio Quodlib. agitanda In Scholis Medicorum die Jovis 25a Januar.

M. Nicolao Le Gros Moderatore.

An à Peripneumonicis Empyematis Seniores, ab aliis Juniores potius Intereunt?

Ut curationis morborum securitas, atque celeritas, aut ex virium robore, aut ex symptomatum graviorum levitate pendet, sic eiusdem difficultas ac tarditas aut ex virium imbecillitate, aut ex symptomatum vehementia proficiscitur. quoties enim natura morbificae causae pravitatem vel crassitiem ad illarum expulsionem insurgit, toties si sufficientes vires, et liberas vias, habeat, superiorem evincitur. Verum symptomatum remissio plerumque tanta est ut sine sufficientibus viribus vel infirmas satis esse possint. saepe etiam tanta vehementia, ut robustas quantumlibet, vel momento succumbant.

Virium vero robur (quod non ex solo temperamento sed etiam ex conformatione nascitur) in singulis partibus ex actionum integritate dignoscendum, perpetuo in morbis ad salutem apparet, et facit secus imbecillitas. sic motus et sensus in partium animalium, pulsus ac respirationis in vitalium, attractionis denique, retentionis, coctionis, et excretionis in naturalium affectionibus integritas, vel laesio modicum in spem, vel desperationem salutis adducit. symptomata autem (quorum remissio, vel vehementia non tantum ab idea morbi, sed ab aetate etiam, sexu, caeli statu, regione, anni tempore, diaeta, et idiosyncrasia dependet) ita curationem impediunt, ut ipsa plerumque sola mortis causa existant. sic in parotidibus doloris acerbitas, et febris symptomaticae vehementia mortem aegro ut plurimum adferunt.

Pulmo quod constat carne molli et spongiosa amplis vasorum generibus munitus, tum propter continuum motum, sanguinis arteriosi, quo alitur affluxum, ipsiusque cordis vicinitatem, facile inter omnes corporis partes, non tantum φλογώσει sed etiam phlegmonica inflammatione corripitur, cuius materia [illegible] nisi in 14 dies per liberiam, et liberalem anacatharsim expurgetur, vertitur natura in pus verteretur, quod rupta vomica per quantitatem thoracis effusum, statim foetore vel lotione educendum est, aut tussiendo, si stoma fuerit latera intra 40m dies expectorandum. alioquin propter imbecillitatem diuturniori motu mora corrupta putredine, partes omnes contactu suo inficiens, tandemque cor ipsum vitae non animae principium labefactabit, quamquam fieri potest ut boni aegri robur, tum per sedem, tum per vesicam possit evacuari. à reliquis vero aliarum partium empyematis (quorum materia vix expurgetur vitalis animalis non est opus) illi duntaxat periculosi habentur, celeriusque moriuntur, qui febre, dolore, aliisque gravissimis symptomatis magis urgentur.

Seniores autem partium omnium imminutione, partibus quidem omnibus, sed potissimum animalibus infirmi, non modo facilius à causis efficientibus morborum afficiuntur, minusque resistunt, sed etiam illas multo difficilius expellunt. unde pueris pituitarum collectio celeriorem his adesse intelligitur, quod ad illas eruditionem irrita contentione evacuando natura, vires latentem magis debilitentur, donec sensim et cito deficiant. at Juniores integris propemodum atque validis viribus praesertim animalibus, fortiter quidem et facile extussiunt, sicque saepius ac facilius his morbis defunguntur. sed obortis inflammationibus in aliis partibus sensus exquisitioris, et pulmo propter calidius temperamentum fervoremque sanguinis à doloribus, febribus aliisque acutissimis symptomatis, senioribus ipsis citius moriuntur.

In Senioribus igitur peripneumonicis empyemate laborantibus, partium animalium robori ita providendum est, ut pus effusum facile expectorari possit. in Junioribus aliarum partium à pulmone empyemate tentatis, symptomatum saevitia ita mitiganda, ut vires quae etiam validissimae nihil aeque deiiciunt, atque dolor) non ante concidant, quam concreti fuerit suppuratus. quod ubi tandem concretus fuerit, si aperta vomica effluxerit pus album, leve, et aequale, bonum est; si subruente cinereum, quam concretus fuerit suppuratus. quod ubi tandem concretus fuerit, si aperta vomica effluxerit pus album, leve, et aequale, bonum est; si subruente coenosum, et foetidi odoris malum. sed in senioribus ipsis quamvis laudabile de pulmone vix educi potest, tum propter laterum infirmitatem, tum propter fumidi vaporis inopiam. in caeteris vero partibus à pulmone remissiora sunt symptomata senioribus, junioribus graviora.

Ergo à Peripneumonicis Empyematis Seniores, ab aliis Juniores potius Intereunt.

Asserebat Stephanus Dufour parisiensis academiae Rector. 1582.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE

Domini Doctores disputaturi.

M. Franciscus Dupont. M. Aegidius Heron. M. Lazarus Chenot.
M. Nicolaus Lambert. M. Joannes Beauchesne. M. Martinus Girard.
M. Guillelmus Lusson. M. Joannes Riolan. M. Joannes Faber Med. et Prof. Reg.